



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**


Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

In Zacyntho.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

rebelles perdomuit: ad paludes Venetas & turrim vsque Mergeram victor accessit: ferro, & igni urbem terruit: socias ciuitates oppugnatas, exercitumque ad loca iniqua delapsum, ex hostibus confertis. obsidione quartum & quintum liberauit. vicies, plus minus, signis collatis pugnavit: fortitudine, celeritate, animo consilioque rebus inclinatis presentissimum se & inuictum praestitit. post ingentia facta vita perfuncto patri opt. Gasperius F. piensiss, gemens illachrymansque mon. more maiorum religiosè P. An. Christiano 1528. mens. Aug. 20. obiit diem. Vixit an. 54.



IN ZACYNTHO.

M. TVLLI CICERO HAVE, ET TV
TERTIA ANTONIA.

F Desiderius Lignamineus Patavinus scribit, se reperisse hoc Ciceronis Epitaphium, idque circa annum Christi M. D. XLIII. Adamus Tefellenius Louanientis in suo itineralio M. S. scribit, se contrectasse in Zacyntho, anno Christianae salutis MD. L. ipsius CICERONIS ossa, legisseque hoc Epitaphium

*Ille Oraturum Princeps, & gloria lingua
Romana, iacet hac cum coniuge TVLLIVS vni
TVLLIVS ille inquam, de se qui scripserat olim,
O fortunatam natam me Consule Roman!*

IN TEMPLO D. MARIAE.
ANDREAE VESALII Bruxellensis tumulus,

qui obiit anno M. D. LXIV. Idib. Octob. ætatis ve-
ro suæ LVIII. cum Hierosolymis rediisset.

TERGESTAE IN
ISTRIA.

EPITAPHIVM PVERI.

ME longè effigie venustiore
Narcisci vel Apollinis comati
Parcarum Lachesis soror seuera
Isti Quinterinem dedit sepulcro.
Cur non flosculus exeam requiris,
Cum tantum fuerim puer decorus?
Hæc tellus nimis arida est viator,
Nostri facta perustione amoris.
Nam terram quoque læsimus decore.
Quod si lacrymulis tuis madescet,
Forsan flos nouus ibit e sepulcro.

POLAE IN DAL-
MATIA.

Viatores, ciues optimi, vel aduenæ, siue
bini, siue singuli inceditis, siue turmatim,
quod magis erit gratiæ, obfirmate gres-
sum, nec miremini, si moramini aliquantisper.
Diaculus equidem fui; succinetus sermo dari vo-
bis non potest: & iuuat vobiscum esse, vt iuuat
semper, & quiui ab ore meo pendulos detinere.
Saxum hoc vos vocat. Quid inquam? vt viuus
assue-